Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



a dominio xi ad dominium diaboli transferam. cum iccirco pro
nobis filius dei pati crucifigi dignatus sit. ut nos de profano dominio
diaboli eriperet. & ad gratiam suae dominationis reuocaret. Un
de auctori uitae ac salutis nostrae pro omnia fideliter seruire debe
mus. ut dominationem illam celesti regni inuenire possimus.
quod ipse praestare dignetur. qui. v. & r. d. per cuncta. s. amen

Fr. iiii. mensis. vii. Marcus. In. i. t.

Respondens unus de turba dixit. Magister. attuli
filium meum ad te. habentem spiritum mutum. Bede. p.

Factum est autem in sequenti die descendentibus il
lis de monte. occurrit illi turba multa. & ecce
uir de turba exclamauit dicens. Magister. obsecro te
respice in filium meum. quia unicus est mihi. loca rebus congruunt.
In monte dominus orat. transformatur. discipulis archana suae ma
iestatis aperit. in inferiora descendens turbae occursu
excipitur. miserae fletu pulsatur. Sursum discipulis mysteria
regni reserat. deorsum turbis peccata infelicitatis exprobrat. Sursum patris uocem his qui sequi se poterant pandit. de
orsum spiritum malos ab his qui uexabantur expellit. Qui etiam
nunc pro qualitate meritorum aliis ascendere. aliis descende
re non desinit. Nam terrenos adhuc & incipientes quasi
ima petens. confortat & castigat. perfectos autem quorum est
uersatio in celis est sublimius extollendo glorificat. liberius
de eternis instruit. & sepe ea quae a turbis ne audiri quidem